

urbanè quidē, vt reliqua vaticinatus est. Verius enim dixisset: Miserrimum terrarum orbem, qui sub tam fero & immani pecore seruiturus est: Et de hoc quidem aliàs: virtutes enim sceleribus miscere fas non est.

## CLAVDIUS AVGVSTVS.

**C**laudius Princeps, paulo ante mortem, cum Cos. designaret, mensam illis quo moriturum se prælagiebat mentam statuit: Consilióque nouissimo, filios suos, vt vnanimiter fraternéque viuerent multis monitis obtestatus, tandem piè admodum Senatui commendauit: denique pro tribunali sedens, licet abhorrentibus qui aderant, & lætiora precantibus, sese ad mortalitatis terminum peruenisse, iterum iterumque professus est. Et hic quidem sibi tantum, nec vltra vicinæ mortis tempus: Qui sequuntur verò longius atque aliis fuerunt vates.

## EXTERNI.

## THERAMENES ATHENIENSIS.

**T**heramenes Athenis in carcere triginta Tyrannorum Imperio, venenum non trepidè, sed quasi sitibundus hauriens, exiguum quod in imo patere